



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

13 de Abbatibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

tam titulis clericorum, can. Chorepiscopi, ss. distim. de creuitque tam- men, ne quid Archidiaconi, quos vocabant Chorepiscopos, al- quid molantur contra episcopos, Sigibert. & Isidorus, in concil.

49 ¶ Exstat apud Gregorium Nazianzenum iuramentum & vo- tum episcopale, quod omni speciei episcoporum maiorum & minorum commune est, & Christianorum, incipiens.

Ἡ μὲν τὸν λόγον αὐτῶν, ὁ μὲν θεὸς ἐστὶν ἰσχυρὸς
Ἐξ ἀρχῆς ἀρχῆς, πατὴρ ἐστὶν ἀδελφῶν, &c.

Cuius summa est, ut iuret se fidem rectam seruaturum, non desi- deraturum sedem magnam, non questurum opem aliunde, quam a Deo, humanam. Quod fecisse Iemarianus notat Epiphanius, dum ait, Ἐργὸς μὲν ἐπιθῶν σαρκὸς δεξιὰν Κορναπίον τὸν βασιλέα, ἔπι- κρηθῆναι τῷ βασιλεὺς δεξιᾷ. Habentes secum & carnis dexteram Constantium imperatorem, & per assimilationem præferentes, principis dexteram. Iurat insuper se secundis rebus in superbiam non itarum, nec malis cessurum, iura inter iudicandum seruaturum incorrupte, se victurum sine inuidia, sine ira, sine detractatione, sine inertia, sine odio, sine vitioe propria inimici: quod pauperes vacuos non finet abire, quod verbum Dei prædicabit.

De Abbatibus. Cap. 13.

Tota 18. ca. in 1. parte Decreti Gratiani

- 1 Abba vox quid, & unde.
- 2 Abbatibus appellatio quando primum coepit. Hilario Anachoreta primus monachus, eod. D. Antonius, eod.
- 3 Abbatibus nomen superbe usurpatum, & reprehensum.
- 4 Abba nomen dignitatis, & præpositura.
- 5 Archimandrita quis.
- 6 Heteriar. ha quis dicatur.
- 7 Abbatum distinctiones ratione exemptionis regule commenda, & variorum ordinis.
- 8 In Abbatibus qui possunt eligi.
- 9 Abbatibus ex quibus eligendi.
- 10 Abbatissarum qua debeat esse atus.
- 11 Ad Abbatissas rex Galliarum nominat.
- 12 Abbatibus & abbatissis electionis confirmatio ad quos pertineat.
- 13 Abbatibus benedicti debent intra annum post electionem.
- 14 Abbatibus, & episcopis differentia.
- 15 Abbatibus benedicti suos monachos benedicunt, dummodo sint presbyteri.
- 16 Abbatibus dignitatis ratio, & finis, & potestas, seu iurisdicatio.
- 17 Abbas aut monachus non interfici nuptiis, non suscipiat, de Baptismo.
- 18 Abbatissa sola non alloquitur virum, non velat virgines.
- 19 Abbatissa que liceant, & prohibeantur.

1 ¶ Vpicanur quidam, Abba vocem, primam esse ex qua prodie- rit Pappa mutato b. in p. & sublatam primam vocali a. Hebraei vo- cant patrem Pabba. cui nomini Chaldaei & Syri suo more ad- dant in fine Na. unde factum Nabba, D. Marc. 14. ad Roman. S. ad Galat. 4.

2 ¶ Titulus hic & forma appellationis ex Anachoretis primum coepit frequentari in Christiana religione. Scribunt namque So- zomenes, lib. 5. c. 10. D. Hieronymus, in vita Hilarii. & alii, Poly- dorus Verg. lib. 7. c. 1. Hilariorem Anachoretam in saltibus The- baidis Syriae primum floruisse monachum, a quo plures viuendi formulam accipientes, eremi cultum in certam transulerunt. Vi- xit & D. Antonius in Thebaica regione Aegypti, & inibi condidit monasterium. Hunc in numeri postea secuti sunt, qui suos duces & præpositos nomine patris abbatibus dixerunt. Fuit hoc nomen primum tributum monachis, & solitariis venerationis causa ab- batibus, qui se tanquam filios edoceri & haberi noverant. Postea tra- men in ambitionem apud quosdam degeneravit, ut quondam etiam fastidita superbia eorum, qui volebant vocari. In quos inue- hitur superbia detestatus D. Hieronymus, in epistolam 4. ad Galat. c. 4. dum ait, Cum autem abba, pater, Hebraeo sermone Syriacque dicatur. & Dominus noster in euangelio præcipiat nullam patrem vo- candam nisi Deum, D. Matthaei, c. 23. nescio qualiscentia in monaste- riis vel vocemus hoc nomine alios, vel vocari nos acquiescamus. Lo- quitur enim de iis, qui nulla cura aliorum donati, nullis præpositi se ita nominari desiderant. Transiit namque hoc nomen in digni- tatem & præposituram monachorum, quod idcirco ab aliis quam a præpositis certis vsurpari vere sine stultitia vel gloria nequit: sol- licitudinis potius, quam honoris appellatio, gl. in c. suam, ad verb.

non ascendat, de ara. & qualita ¶ Dicitur ¶ itaque olim abbas pisco & nomine Græcis ἀρχιμανδριτης archimandrita, i. nos reddentes, omnes de Summa trinitate. quo tempore tyranni persequebantur Chri- stianos, qui metu eorum in sylvas & eremum secedebat, & in spe- lucis quæ uisus dicitur, se continebant, ad Hebraeos, c. 11. Qua- re retento hodie nomine, ratione solitariae vitæ, quam eligunt illi, quibus præsumt abbates, archimandritæ dicuntur. ¶ Item ¶ & ἡ τριπεδῆ γὰρ heteriarthæ: Siquidem apud Suidam ἡ τριπεδῆ γὰρ dicitur, ὅτι ἡ τριπεδῆ ἀρχων, princeps fodalitii.

¶ In provinciali Romano ecclesiarum, traditur monachorum 7 ordines. S. Basilii caput vocari archimandritam. Abbatum alii exemti a potestate episcopi diocesanos, alii ei subditi, alii regulares, & tales omnes esse debent ex regula monasterii, alii commendati- tii, qui seculares clerici, in commendam abbatias habentes. At- que abbatum tot varia nomina, quot sunt ordinum quibus præfi- ciuntur nomenclaturæ.

¶ Eliguntur ¶ iure abbates, vel ordinantur illi tantum, qui in re- gula eius asceterii competenter instructi fuerint, ca. officii sui, cap. 38. de electio ap. Gregor. qua scientia requiratur in abbate tradit glo. § deinde. de electio in prag. sanctione. quo fit, ne laici huius dignitatis sint capaces, nec seculares clerici aut presbyteri, c. cum ad nostram. & can. cum in magist. & can. cum causam, de electio. Cum alioquin beneficia regularia dentur regularibus, secularia tantum seculari- bus, c. cum de beneficio, de præben. in sex. nisi per commendam ex gratia summi pontificis aliter statuatur, vt suo loco dicemus, Deo fauente. Vnius monasterii abbas vnus tantum eligitur, can. cleri- cus, 21. quæst. 1. vt statutum est in concilio provinciali, etiam Epau- nesi tempore Gelasii Papæ, & Sigismundi Regis. Et in concilio Ca- billonensi, ne duo vnus monasterii essent abbates, concil. Cabillonens. can. 25. ¶ Possunt & eligi in abbatibus monasteriorum vestali- um seu virginum sacrarum, scemina, & vna ex vestalibus eius ordi- nis, cuius est abbatia, per alias vestales iure, can. indemnitate, de electio in sex. eaque habeat iurisdictionem in sibi subditos, c. dile- cta, de prinsep. apud Gregor. qualem abbas in sua abbatia, c. 2. de iudic. Eligitur illa præposita non minor annorum quadraginta, can. nemo, 78. dist. 5. presbyteros. & sequenti de sanctissimis episc. collat. 9. an. diaconissa, de episc. ¶ Cler. C. & quæ post professionem an- nos octo laudabiliter vixerit, nec tamen vna duobus monasteriis præficatur: & si ea quæ eligitur aliam habeat abbatiam, tenetur intra sex menses, alteram emancipare & eiurare ex concilio Tri- dentino, sessione 6. in canonibus regularibus, can. 7.

¶ In tate porro olim variatum est: nam aliquando sexage- 10 naria, can. Iuuenulus, 20. q. 1. aliquando triginta annorum, c. inde- mnitate, de electio in sex. aliquando 25. esse debuit, cap. cum in cunctis, § inferiora, de electio apud Gregor. ¶ Iure ¶ Gallico vt episco- 11 patus, sic abbatia ad nominationem regiam pertinent, enervata electionis antiqua formula, tit. de regia ad prælaturas nominatio in concordatis.

¶ Confirmatio ¶ electionis abbatum & abbatissarum, si mo- 12 nasteria exempta sint a potestate episcopi diocesani, a summo pō- tifice, can. cum monasterium, ca. 13. de electio apud Gregor. c. si abba- re. eo. tit. in sex. cap. cum venerabili, de consuetu. alioquin monaste- ria, vt reliquæ ecclesie diocesanos iure communi subiant episco- po, & correctioni & dispositioni eiusdem, cano abbates, 18. q. 2. Et ipse abbas, si criminis reus inueniatur, ab episcopo deponitur, et- iam inuito conventu, can. abbas, & can. si quis abbas, 18. q. 2. Neque is inconsulto episcopo ecclesie sue res alienat, can. abbatibus, 12. q. 2. Et generaliter monasteria omnia subiacuntur, sicut & eorum ecclesie, episcopo in lege iurisdictionali, c. conuenerunt, & c. dile- ctus, de offic. ordinar. can. cognouimus, & cap. hoc tantum, can. mona- steria, 18. quæst. 2. can. interdiximus, 16. quæst. 1. quanquam non sub- iaciantur legi diocesane in his, quæ iure monasterii ex facultati- bus & bonis piorum offeruntur, can. cum pro utilitate, 16. q. 1. can. si ex laicis quispiam, 10. q. 1. Liqueat autem ex iuris pontificii decisio- nibus, in quibus eximuntur abbates monasteriorum ecclesie, a pontificis diocesani potestate, can. seruitium, 18. q. 2. Tradunt et- iam, ecclesie illorum seculares, legi diocesane episcopi subditi, 1. can. de his. & ca. antiquos canones, 10. q. 1. can. statuumus, 12. q. 2.

¶ Abbates ¶ confirmantur, & benedicuntur post electionem in- 13 tra ann. Clem. 2. §. statuumus, de stat. mon. loco consecrationis episcopalibus, ca. 1. de supplen. neg. lig. prælat. not. in Clem. 2. de stat. reg. Quæ- nis episcopus, & abbas in hoc differant etiam cum aliis multis, q. electus & confirmatus in abbatem, ante benedictionem accepta dicitur abbas, d. c. 1. de supplen. neg. lig. prælat. c. meminimus, de accus. & ideo beneficia electi & confirmati in abbatem, post adeptam 14

